



Monumenta Katedralne.

Nawa

poboczna prawa.

Kapl. Szafraniec
nagr. ...any

D. O. M.

Agnosce lapis felicitatem tuam
ad quanti funeris memoriam destinaris,
in cujus muneris gratitudinem.
Quas te scalptrum docuit, aeternitatis virtutes loquere.
Perillet Rñdmi D. Adalberti in Złowody Złowodcki
Custodis Cracovien~ Can~ Sandomi~ Przac Solecen~:
Quot titulos sed quot meritis comparatos,
Aecclesias Dioec. Crac. tuebatur et semper fideliter.
Regni causas toties Arbiter Deputat~ judicabat aeque, satis et juste,
cultum Superum, Templorum decus promovebat; pie et religiose;
Denique nihil ad omnia quae egit, desiderari potest, praeter Ipsum
maturus Coelo tot virtutibus terris eripi debuit
Anno M. DCXCIV die VI Maji
aetatis anno LVI.

~

(Lolt: str. 30. Würzb. Nr. 60)

Kapl. Szafraniców
marm. czarny

D. O. M.

Lapis hic Gloriae perennis oraculum
Perillustris. olim et Adm. Rndi. Dni
Hieronymi de Brzezie Rusocki Crac. Ploc. Can
Praepti Oswiecimensis Thesauri Regni Custodis
S. R. M. Secretarii
Vocali silentio loquitur.
Quem ob
eximiam in Deum pietatem, animi magnitudinem
invictũ pro Eccl[ẽ]ã Dei zelũ, mira in reb3 gerendis dexteritate
Romae quoque coram S. Sede Aplica probatam.
In Tribunalitiis Regni Judiciis in officio toties Judicis Surrogat.
in componendis animorum dissidiis
summam prudentiae vim et felicitatem,
piam in sacros usus etiam post obitum munificentiam
aevo longiori dignissimum
sola digne immortalitas loquetur.
Obiit Anno Dñi 1681 die 3 Mens. Aug. aetatis 52
cujus monumentum hoc Execu. Testam. posuerunt.

(Sołtyk str. 27 - Wurzb. Nr. 57) –

Kapl. s. Jędrzeja.
Mar. crar.

Alexander de Brzezie

Brzeski

Canonic. Cracov. Archidiac. Zavichosten.

S. R. M. Secretarius.

Ob virtutē ingeniū et Sacri peculii diligentē curam

tribus Cathedrae Crac. Praesulibus carus.

Ecclesiae, amicis, pauperibus,

opera, consilio, liberalitate

commodus,

non prius bene agere quam vivere desiit.

Mortuus vero ad ejus pedes sepeliri voluit,

cujus beneficio in hac Ecclā titulos consecut. fuit.

Consumptus labore magis quam morbo

Anno Christi M.DCL. IV Kal. Maias

aetatis LVII.

(Solt. str. 63 - Wurzb. Nr 141)

D. O. M.

Jacobi Naymann J. V. D. et Pro
fess: Can. Viri meritorū
pleni et apud ōem posteritatē
memorandi, famae toti Poloniae
et Europae notae,
quod claudi potuit, hic jacet
cujus ingenio, dexteritate et
animo extremo, quodam suo dis
crimine,
Academia liberata.
Obyt sexagenario minor Novembr. 23. Anno Dñi 1641
sedecimum Rector,
Executores Testamenti pp.

(Star. str. 41 - Solt. str. 27 - Wurzb. Nr. 54)

D. O. M.

Nicolao Dobrocieski de Dobroczyesz
I. V. D. Cracovien. et Sandomirien. Canonico
O mors inimica,
quae priscam virtutem Cleri et Academiae decus
immature sustulisti.
Deflent pii desertū et gravem verbi Dei praeconem
dolet Dioecesis renovata
Magni Card. Radziwill Episcopi Crac: Cancellar:
at vos amici et egeni
dulcem amicum et Patronum diu complorate,
eheu magnus vir obiit
die XXVIII Jañrii Anno Dñi M.DCVIII, aetatis XLIX
Executores Testamenti M. PP.



(Star. p. 41 – Solt. p. 26 – Wurzb. Nr. 53) –

D. O. M.

Joannes Foxius I. V. D. Archidiaconus Cracovien. Protonarius Apost. Secret. Regius Vir magnor. in Ecclesia Cathedrali prope XL annos meritor. fidelitate opera- agendi peritia; principibus in Regno commendat. Sex Illustriss. Episcopor. Crac. in Dioecesi fidelis et facilis operarius Cardinalis Radziwili causarum auditor, Petri Tilicii ad Paulum V et iter. ad Urbanum VIII ex Synodo Provinciali Internun. tius, optimi semper tenax proposit, sententia in dicendo incorrupta, mens et Consilium Capitu li, ubi naturae et gloriae satis vixisset; plenus annor. et pro Ecclesia Dei labor. prope septuagenarius decessit Anno Salutis M DCXXXVI die XXI Mensis Febr. cujus memoriae monumentum hoc Executores Testamenti posuere.

(Star. p. 28. – Solt. p. 25 – Wiral. Nr 52) –

Rs. Dnus Daniel Si-
gonius S. T. D. et Profess
sor Canon. Crac. cum Deo fru-
atur, illius misericordia: non cu-
rat longā seriē super inscriptionū
hanc tamen umbram, testem hic
ejus depositae mortalitatis amici
Executóres extare voluerunt.
Obyt A.D. 1638 8 July
aetatis 75.



(Starow. p. 42 - Solt. p. 29 Hirsch. pr. 57)

D. O. M.

Adrianus Śmielowski

Antiqua accrvitarum familia in Palatina-
tu Calissiensi Anno Dñi MDCXII Progenitus Gne
snensis et Cracoviensis Canonicus Vir Vitae Solitariae
Amans a publica hominum conversatione Continua abs
tractus Memoria mortis in cujus jugi meditatione diu
turnis fractus infirmitatibus hic Cracoviae ipso sui nata
li Patroni Pervigilio die videlicet VII Mensis Sempt.
Anno Dñi M.DC.LXVI. Aetatis suae LIV piissime in
Domino mortuus circa hanc capellam sepul
tus ultimam praestolatur resurre
ctionem.

———

(ściana w. [illegible])

Deo Opt. Max. sub titulo
Beatae Mariae Virg. et Beatorū Triū Regū
Zawisius Episcopus
Sacellum hoc a fundamentis excitavit.
ejus nepos
Nicola, de Michalow Castell. et Capit. Crac.
De familia Rosarum dotavit
Dotacionem
Sbigneus Episc: privilegio confirmavit
Anno Dni. M. CDXXXVI
Quod impēsis Philippi Padniewski episc. crac.
instauratū et in hanc forma redactu est.
Anno Dñi M.DLXXII.

(niema ani w Star. ani w Solt. ani w Wirzb.)

D. O. M.

Hic jacet
Samuel Casimirus Szwy=
kowski Canonicus Craco=
viensis Scholasticus
Vislicensis Praeposit,
Szczepanoviensis fretus
multitudine misericordiar~
Divinarum, tum inter=
cessione Bmae Imma
culatae Conceptae Virginis
Mariae et OO. SStorum praecipue Patronorum
suorum resurrectio=
nem mortuorum
quam firmiter credidit
fiducialiter expectat nat~
Obijt A. D. 1752 d. 28 Aprilis
aetatis suae 84.



(Solt. str. 66 Wierzb. Nr 145)

D. O. M.

Piae Memoriae
Andreae Olszowski
Canonico Cracovien.
Gloriae Dei, ferventi zelo,
Addicto, Cultui devottio
nis et Sacris Ceremonijs
pie intento, Statutorū
Capituli observando
rum sillicito, exēplari
vita, rectitudine mo:
rum et comitate omni:
bus caro, recusatis
Episcopatibus, dignita:
tibus erogatis ad Cultū
Divinum et in pauperes bonis
Año aetatis 82 d. 2. Aprilis
vita functo Executores
Testamenti pp.

~

(Solt. str. 65. Würzb. nr 144) –

D. O. M.

Mortalitatis exuvias
nigrum hoc continet marmor,
candidum vero spiritum Astra tenent,
Peril et Rdmi Dñi Georgii de Morsko Morski,
Cathedral: Crac: Canonici Vladislav. Decani
qui ex antiquissima Toporcorum prosapia
consilio Nestor, maturitate gravis, prudentia magnus
tergemine Capituli Crac: Coronae gemma pretiosa
tanti aestimata
ut triplici Themidis Laurea ad tribunal Regni ornaretur;
Vladislav: Cathedra quem semper coluit,
Gen: sede vacante habuit Administratorem;
Vere Divinus Mystes.
Templum Dei ut se probaret in esse Terris,
Sacras aedes in Parva Kazmirza et Piotrkowice
Dño gloriae sumptuose erexit.
Tantis meritis gloriosus
aeternũ victurus vivere temporaliter desiit
Anno 1707 die 30 Aug: aetatis 54.

(Sołt. str. 45 – Wurzb. Nr. 79) –

Peri Ultri et Admodũ Rẽndo Stanislao de Brudzyn
Brudzynski Cracoviensi Sandomiriensi Canonico S.R.M.S.
Illusšimi et Rẽñdimi olim Dñi Petri Gembicki Episcopi Cracovieñ.
ex Sorore Nepoti carissimo. Avitae Domus novissimo surculo;
pietatis, innocentiae, humilitatis, candoris, aliarumq̃ virtutũ
insigniis nemini secundo, Viro solidae eruditionis cultu
et singulari rerum Capitularium peritia spectatissimo;
contemptu mundi et studio paupertatis Evangelicae nunquã satis
laudato; positum monumentum qui vides aeternã
salutem apprecare. Obyt 23 May Aŭ Dñi 1690 aetatis 67.



(Sołtyk st. 42 – Wurzb. Nr 76.) –

Venerab. Stanislao Zaiąc de Pabia-
nice S. R. M. Capellae praeposito;
qui insigni virtutum pietate et
vetusta morum gravitate Annae
Jagielloniae Polon: Reginae mirũ
in modum gratus extitit, et
complures annos Vicedecanatus
et Poenitentiariae Officium non
minus foeliciter administravit quã
svadente senecta sũmo cũ affectu
deposuit.

Executores Testamenti poss.
Obyt Anno salutis M. DCII die XVIII
Mens. Januarii aetatis LXXX
Sacerdoty LIV.

(Solt. str. 46 - Wurzb. Nr. 80.) -

Szembeka

L. C. M.

Memoriae [illegible] [illegible]
Szembek
Episcopi Plocensis Ducis Sieveriensis
Ecclesiae hujus supra 50 annos
Canonici
Praesulis in remota posteritate ob praestantes vir:
tutes, sublimes dotes, exquisitam in rebus Divi:
nis et humanis eruditionem, tum multa prae:
clara munera in Ecclesia et Patria inter quae
Nuntii Apostolici in polonia fere triennio
sapienter, juste ac sancte gesta
venerandi
Capitulum Basilicae hujus cum gravi moerore tulit
desiderium Collegae spectatissimi amorem aeque ac
reverentiam emeriti
[illegible] in Dioecesi Plocensi per annos 13
gubernata eximii zeli cum prudentia et lenitate
sociati, verae pietatis, insignium exemplorum Pasto:
ralium, tum effusae liberalitatis in aedes sa:
cras, in hospitalia, in fundum Sacerdotum se:
nio confectorum, in levamen miseriis oppresso:
rum reliquit, monumenta, illustrem ei locum in
Patriae Ecclesia inter celebriores quosque Episcopos
iustissime asserunt.
Vixit annos 75. obiit Cracoviae 9. Septembris 1797.
Conditus in hac Basilica quam in omni vita
singularius dilexit

—

[illegible]

D. O. M.

[illegible]

Joannes olim Małachowski Supremi
Cancellarii Regni Clienti. Filiorum
Ejusdem Cancellarii Marschalcorum
et Palatinorum [illegible]. [illegible]
Joannis [illegible] qui post civiles
curas tribus familiis [illegible]
vatis statum Ecclesiasticum [illegible]:
plexus in Bonis Gwietolice Agri:
[illegible] Summi et ad [illegible]
[illegible]
Ecclesiarum [illegible]
[illegible] vixit [illegible]
[illegible] Sawetka. [illegible]
[illegible]
[illegible] anno decessit ac in [illegible]
Sawetka quiescit. Alumnus Joan-
nes Małachowski grate animi
monumentum de consensu hujus
Capituli posuit.

D. O. M.

Piis manibus
Michaelis de Granow Wodzicki
Episcopi Praemysliensis Cancellarii Regni
Viri de religione et Patria Meritissimi
A. D. M.DCCLXV. Aetatis suae LXXXII
Varsoviae denati
in Tumulo patrum ad Ecclesiam Archipresbyteralem
Cracoviae quiescentis
Hic olim
Ecclesiae Cathedralis Decani
Trium Episcoporum Generalis Vicarii
Sede vacante bis administratoris
Laboribus exemplis benefactis
Florentis.
Monumentum poni curavit
Gratus Nepos Elias Comes Wodzicki
Capitaneus Jurisd. Crac. Gen. Min. Pol.

(pomnik późniejszy więc go niema- nawet i w Wierzb.)

D. O. M.

Stanislaus Chomentowski
Spectatissimi Viri Palatini Braclavien~
ad determinandos ab Imperio Ottomanico R. fines
Magni a Republica Legati
Nobilissimus Filius
Amplissimum~ gen, et Nomen a Majorib, acceptum~
majus auctiusq~ Posteris transmisit
Splendidissimis Magistratib, cum Summa Gtis approbãone
nec minore sui commendatione
Suorumq~ gloria perfunctus
ab Augusto Secundo ad duos Imperatores
primum Ottomanicum~ dein Petrum Alexiewicz.

Magnus Legatus

Ducatus Masoviensis Palatinus
Exercitus R. Pol. Dux.

Ob sua in Regem et Rempublicam praeclara merita
Bonorum Regiorum praefecturis locupletatus
Rudomien~ Drohobicen~ Doliner~ Zlotorien~ Zwolinensi &c
Ipse erga Regẽ~ Regum~ pietatẽ~ suã~ et gratum~ animum~ testatus
fundato et dotato Collegio Sacraq~ AEde PP. Soc. J. Sāboriae
ibidemq~ sepultus requiescit
Lapidẽ~ istum~ poni curavit Unus de Gremio Capituli Ecclesiae istius
Uti suo Benevolentissimo Tutori et Benefactori. Munificentissimo
Anno Aerae Christianae Vulgaris 1786.



(ściana nawet w Würäb)

D. O. M.

Illustrissimo Excellentissimo D[omi]no

Joanne Tarlo

Magno ex Comitiis Regni ad Sūmū Pontificē
stabiliendorū Concordatorū cum Sede Apostolica
à federata Republica ad Augustum Tertium
accelerandae Regni pacificationis causa

Legato

Amplissimis Magistratib. in Republica conspicuo
primū Subdapifero M.D.L. subinde Lublin. mox Sādomir

Palatino

Legionis pedestris Moderatori Supremi Tribunalis Regni
bis Mareschalco

Bonorum Regiorum insignibus praefecturis
Sokalien. Medicen. Jaslen. nec nō Gnalatu Podolien. dotato
Collegii Sacrae Familiae Scholarū Piarum in Opole
et Templi in quo requiescit

Fundatori.

Lapidem istum posuit Unus de Gremio Capituli
suo Avunculo et Benefactori Amplissimo
Anno Aerae Christianae vulgaris M.DCCLXXXVI.

(niema nawet w Wurl. [?])

D. O. M.

Memoriae nunquam moriturae
Illris et Adm̃ Rdi D̃ Georgii Goraszy-
cki Canci Sbarbimirien Poenitentia
rij et Capellae Magistri, ab omnibus
gemma Sacerdotum vocati; doctrina
et pietate praediti, obsequijs ad hanc
Ecclesiam Cathedralem, nec non Dioe
cesis consumpti. Obijt Anno D̃ni 1734
die 30 Aprilis.

Viator

Virtutes aemulare et defuncto
requiem aeternam precare.



(Sołt: str. 64 - Wiszb. N: 143)

Calixta Venceslai Rzewuski

Antiqua generis nobilitate insignis
Raris animi, ingeniique dotibus
Et omnigenarum virtutum exemplo insignior
D. XXIX Jan. A. MDCCCXL Michaeli Angelo Caietani principi
nupsit
Quem sua virtus non minus quam avita Caietanae stirpis
Decora commendant.
Ex qua et summi pontifices Gelasius II
Ac Bonifacius VIII orti
Et quam plurimi pacis et belli artibus viri praestantes
Hac gemina edita sobole
Unica mariti deliciae Matrisque solatium superstes
Immatura morte abrepta annos nata XXII mens. XI dier. X
Obiit in Castro Gandulfi D. XXIV Jul. A. MDCCCXLII
Cuius ossa avito Caietanae gentis monumento illata
Romae in Aede Pudentianae Martyris sacra condita sunt.
Memoriae titulum filiae carissimae
posuit Rosalia nata Lubomirska mater infelicissima
Quae amissis brevi tempore liberis tribus
reliquam aetatem degit
"plorans filios suos et nolens consolari
quia non sunt"

Wodzicki

[illegible] Hr. Wodzickiemu Orderu S. Stan.

[illegible] 13 [illegible] 1804.

(rodzicom)

Żona z [illegible] roku 1816 [illegible] zmarłym najukochańszym

[illegible] hojnym

[illegible] Hrabi [illegible] Wodzickiemu [illegible] Krak. [illegible] -

Orła Biał. Kawal. po dwakroć Trybunału Prezesowi, dobroczynnemu [illegible]

[illegible] roku 1819 zmarłemu

[illegible] Wodzicki byli [illegible]

[illegible] Senator Wojewoda [illegible]

Nieśmiertelnemi pobożnych duszę ich polecając.

D. M. S.

Joanni Slingio Vratis. Can. Viro pio liberato et qui in reb. humanis trãquillitatem animi, summum bonum esse putabat, eaque de causa alienus ab omni ambitione, ita semper vixit, ut nemini molestus, omnib. gratus ac jocundus esset. Andreas Przeclawski et Petrus Miskowski Canonici Craco: C. amico et sodali poss. M. D. L II.

(Star. str. 20 – Lett. str. 71 – Wurzb. Nr. 167)

D. O. M.

Thomas Oborski Eṗus Laodicen. Suffragan. et Can. Cracovien~ I.V.D. ad hanc arã Crucis in qua quotidie sacris operando Spiritu~ Deo offerebat, etiã quod mortale habuit, deponi jussit.

Virtutes quot quot erant, qui eas tã in vivo qua~ in mortuo laudare nitebantur, vix enumerare sufficiebãt, et quidquid de his, sive dicto, sive scripto pronunciarunt minora merito asseruerunt.

Qui non ta~ titulis en Infula Eṗali, quã zelo Dei fulgebat, desideria sua non alibi qua~ in latere Christi deponens.

In hoc viro prisci aevi Pontificum, pietatem, Sanctimoniam, candorem humilitatem laborumque tolerantiam restitutam Ecclẽ suum tempus vidit.

In Suffraganeatu 30 annorum curriculo unico contentus Christi patrimonio, hoc singulare pii sui laboris reliquit testimonium.

Ordinationes Sacras fecit	CLVIII
Quibus Praesbyteros creavit	MMCLXXXV
Sacravit Ecclãs	CXLIII
Altaria fixa	DCCV

Altaria portalica . .	M
Calices	M.DCCLVII
Consecravit Ep̃os	VI

Obiit Anno Dñi 1645 die 3 July, aetatis suae 74
multis bene de vita et obitu opinantibus.
Nicolaus Oborski Canũ Cracũ Ep̃os patruo suo desi-
deratissimo, et Executor posuit A. D. M.DC.



(Star: str: 20· Solt. str. 69 – Wurzb. Nr: 166.) –

Deo Vitae
Et mortis D. O. M.
Memoriae immortali
Perilltris Rndsmi Joannis Łuczkiewicz
Canon. Cracov. Sacrae Ecliae et J. U. Doctor Sacerdotii Jubilati.
In Deum
Cujus honorem fundatione Missae votivae pro conservata
ab igne hac Basilica, Canonicatuum Kielciis et Scarbimiriae
quotidianis sacrificiis ampliavit religiosissimi
In Deiparam
Cujus venerationem erectione officii minoris
et immaculatae conceptionis Scarb. auxit devotissimi
in Proximos
quibus se et sua, totum impendit, stipendiis in studẽtes
dotibus in Virgines nubiles, redẽptione incarceratorum apertione
Ecliae, Typographiae, professione linguarũ exoticarũ Sandomiriae
eleemosynis in pauperes et egenos liberalissimi,
in se ipsum virtutibus Deo notis conspicui et omnibus omnia facti
Obiit Anno Domini 1726 9 Novẽ aetatis 86. Sacerdotii 56.
Viator imitare, charismata similia aemulare
defuncto requiem aeternam precare.

(Lett. p. 23 – Wurzb. Nr 51.) –

D. O. M.

Hiacintho Lopacki
S. Teologiae et Medicinae Doctori
istius Cathedrae Canonico,
ad S. Mariam in Foro Archipresbytero
Sandomiriensi Decano
meritis de Aede hac Sacra aliisque, de Urbe ac Civibus
conspicuo,
qui judicium suum, Procerum Consiliis,
vires ac dotes, strenuis in rem Ecclesiae laboribus,
opes Templorum ornamento et pauperum subsidio,
aetatem honestati, vitam Religioni, mortem pietati
consecravit:
Corpus quidem suum ad B. V. Mariam in Circulo sepeliri,
ubi uberiores ejus laudes in duplici extant Epitaphio.
At beneficia sua plurima in Templo collocari
fecit:
Permultis digno monumentis
Hoc grati animi causa
Suo confratri carissimo.
Memor beneficiorum Capitulum
posuit.
A. D. 1766 die 16 Aprilis –

(Solt. str. 91 – Wirab. Nr 177).

D. O. M.

Ignatio Korvin Bienkowski
Scholastico Crac. Praeposito Kyensi
Cardinalis Lipski Diaecesis hujus
Antistitis ex Sorore Nepoti
Praelato morum integritate zelo Cul-
tus Divini ac prudentia conspicuo
in hanc Basilicam in Kyen Ecclesiam
in egenos et Xenodochia munifico:
Executores annuente Rmo Capitulo posuere.
Obiit 19 Maji 1793 aetatis Ano 71
Pium a Legentibus implorat suspirium.



(niema nawet w Wurzbachu) –

Epitaphium Philippi Padnievii
Episcopi Cracoviensis

Egregia in Patriam merita atq; heroica Virtus
Padnievii, ad sumũm tē decus extulerant
Ausa nec infelix oculos attollere cōtra est
Splendore icta tui nominis invidia.

+ 1572.

Padnievii Urna tuo satis haec pro corpore magna est
Virtus. Mausolea supra est, omnesq; colossos.



(Starow. p. 44 - Sołtyk p. 19 - Wirzb. Nr 42)-

D. O. M.

Christophorus Sapellius S. Th. et Med. Doct.
Canon. Crac. Kielc. et CO. SS. Crac. Decan.
Fato funct~ die 16 Julii M. DCXLVIII Anno aet. 60
Hic adventum gloriae magni Dei expectat
Plura Vin. Lector.

Dicāt Academiae Crac. et Zamosc. in quib~ praeclaria
ingenii sui specimina Professorē agēs edidit
Roma ubi in publica quadā disputaōne cum laude stetit
Cathedralis haec et aliae plures Ecclāe quae illum e
suggestu Divina promentem eloquia suspexere
Synodi Dioecesanae tum et Torunien. Convent-
ubi labor ipsius et industria enituit
Curia Regia in qua Sigism~: III et Vladis: IV a Con-
siliis Medicis fuit cūq~ hoc etiam Moschovia~ invisit
Moscisko suum natale solū ubi cultum Deiparae Praes-
bytero fundato, argento et apparatib~ auxit; ac pau-
peribus studiosis subsidiu~ penes Acad. Crac. providit.
Sacell~ deniq~ hoc idem, cujus Praebēdariis censū
annuum in refrigerium animae suae attribuit.

(Tit.)

His Lector, prae angustia lapidis cognitis et defü=
cto bene praecat˘vale; novissimorum memor:
Executores Testamenti P. P.



(Starow: p. 45. Sottyk p. 17. – Würzb. Nr 40)

Sigismundus III

Joanne Sueciae Rege ex Catharina
Jagiellonia Sigismundi primi filia genitus
Poloniae ac Sueciae Rex.

Omnes bene regnandi complexus artes incon-
cussus animo Religionem avitam Paternae olim
irae victrici patientia assertam, densis in Polonia
expurgatam haeresibus propagavit Regni limites
protendit, Victor quoties Bellator Scythas mul-
tis claudibus, Moschorum Vires, captis magnis
Ducibus ac Smolensko recepto, Turcarum po-
tentiam ad Chocimum, aliorumque audaciam
Hostium armis fregit. Virtutum praerogativa
Regiarum Regum sui temporis visus Pater, Regnis
mortalibus: excessit e vita Varsaviae, Año Ch.
M.DCXXXII aetatis LXVI Regni Polon. XLV
prid. Calend. May Patri desideratiss. nec non
Annae Amitae, Constantiae Matri, inclyti
Austriaci Sangvinis primi et secundi
nuptus Sigismundi Consortibus et
Throno et tanto Rege ex virtute
dignis. Joannes Casimirus Rex
Poloniae et Sueciae
posuit.

(Sélt: Ar. 31 – Würzb. Nr (7) –

Vladislaus Quartus
Sigismundi III ex Anna Austriaca
Ferdinandi II Sorore filius.
Adolescens a Moschis Paterna virtute victis
Electus Magnus Dux, ne imperium adiret.
Meruit fortuna Poloniae cui fatis aequioribus
debitus, concordibus civium votis ac vocibus
Rex optatus, bella simul adiit, ac Regnum, fortissi-
mus fortunatusq̃ Regnator ac Bellator.
A Moschis imperata signorum armorumq̃ dediti-
one adoratus Victor, aliisq̃ contra Turcas
ac Suecos, compendio confectis saeculorum bellis,
altissimam Regno pacem circum undiq̃ armis fremen-
tibus paravit et siluit terra in conspectu ejus.
majora ingentibus animi molienti ipsa sese
terminum obiecit mors Merecii in Litvania
Anno Christi MDCXXXXVIII aetatis LIII
Regni Poloniae XVI. XIII Calend. Junias.
Fratri desideratissimo ejusque primi
Nuptus Consorti Ceciliae Renatae
Austriacae Ferdinandi II filiae
Anno M.DC.XXXXIV pie mortuae
Joannes Casimirus Rex
posuit.

(Solt: str: 33 – Murat. No 69) –

Quantum in res humanas fortuna
Quantum in fortunam possit virtus
unus suo exemplo.

Joannes Casimirus rex
Sigismundi III et Constantiae Austriacae
filius plurimum docuit.

Initio Regni grandem subiit bellorum molem hac
simul ac Diademmate coronatus, Cosacorum primo
rebellium ac Scitharum, tum Moschorum Svecorum
ac Transylvanorum, ingentibus undiq̃ simul bellis
occupatus, Regno pene amisso Rex ac Victor
animi magnitudine et constantia invictus victis
hostibus, de ipsa inprimis fortuna triumphavit.
Deniq̃ stabile olim aditurus Regnum, terreno sponte.
A. M. DCLXVIII in comitiis ac denum Anno M.DCLXXII
XVI Decemb. Niverniae in Gallis aetatis suae LXIV
vitae mortali cessit. Unde ejus Cineres
in hoc Sacellum translati sunt.

Regi opt. merito atq̃ Ludovicę Marię
Gonzagię Poloniarum Reginę, primum
Vladislao IV. dein Joan. Casimiro
nuptae, virilis animi Heroinae,
Vero Matri Patriae
positum.



(Solt. str. 36 – Mirab. Nr. 71)

Carolus Ferdinand

Sigismundi III ex Constancia Austriaca
filius, in quo ultra regium Sanguinem,
parem Infulis et Sceptro virtutem, Sacrociviles
domi forisque tituli exequo prensarunt.
Sacris illi quidem, sterilescente Fraterno
solio, constans in Patriam amor interdixit,
at non Sanctimonia et gemina prope cognomini
Borromaeo pietate quam cum non satis
diu spectare licuit Poloniae libet
etiam num lugere.
Moritur Viscovii Anno aetatis XLII
Xsti M.DCLV septimo Idus Maias.
Joannes Casi. Rex Unicus e Regia Domo
superstites, desideratiss: Fratri jam olim
Varsaviae sepulto, hic et ipse demum immor
talit. adlectus, Regale istud Mnemosynon
condidit, in illo supreme morientis
voluntati in hoc mori nescio
in fratrem studio
obsecutus.

(Solt. str. 35 – Würzb. Nr 70.)

Joannes Albertus
Sigismundi Tertii et Constanciae Austria-
cae Regum Poloniae et Sueciae filius.
Maturum Regiae Juventutis florem summis
in utraque Republica sacra et civili
Honoribus consecravit Regale Sacerdocium-
et ipse facturus Sacrae Romanae Ecclesiae
Cardinalis et Episcopus Cracoviensis gemina
Purpura insignis Sangvinis et Honoris, par
utrique animus ac Virtus Regium utrumq̃
utrique valetudo impar; sola obstitit,
ne summis tanti Hominis dotibus
diu Polonia, diu Ecclesia
frueretur
valere desiit, atque extremum Terris
speique valedixit Patavii Anno Christi
M. DCXXXIV, vitae XXIII, X Calend. Januarii.
Cui hoc fraterni amoris monumentum
Joannes Casimirus Rex
Poloniae et Sveciae
erexit.

(Solt: str. 32 - Wurzb. Nr. 68).

Alexander Carolus
Sigismundi tertii ac Constantiae
Austriacae filiorum
Natu minimus
A Puero suffragio publico et illo magnus
Cujus indoli animoq̄ par regnum
Non aliud erat quam maximum
Regalibus disciplinis adolescentiam
Publicq magnęque maturarat spei
Cum mors praefestinata spes omnium ac vota
Luctu omnium evertit elusitque
Heu quantum Polonia praesidium
Quantum domus regia decus
Perdidisti!
Videre poterant minus perire
Nisi quantus futurus erat
Cognitum fuisset utriq̄.
Obiit Anno Christi
M.DCXXXIV Aetatis XX
XIV Calend.
Decembris.

~

(Solt. str. 37 – Wurzb. Nr 72)

Bartholo. florentino opifice.

D. Sigismundus Jagiellonius Poloniae Rex
ac Lithvaniae Dux. Magnus
Scythicus, Valachicus, Mosch: Prus: etc.
Victor ac Triumphator, Pater Patriae,
in hoc monumentum a se magnificentiss: erectum
illatus requiescit.



(Star: str. 5 = Soltt: str. 48 = Wurab. nr. 117)

Sigism. Augusto Poloniae Regi et Magno Litvaniae
ac reliquae Sarmatiae Duci ac Domino.
Principi Consiliis promptissimo factis lentiss.
moribus patientissi. vita benigniss.
Anna Infans Regni Poloniae, Fratri bene merenti
suo sumptu pos. et suis Ipsa lachrymis conspersit.

(Star. str. 6. Solt. str. 49 - Würzb. Nr 118) -

D. O. M.

D. Anna Jaghiellonia Sig. I Regis Filia Jaghiellonū ultima propago Stephani Batoraei maximi Regis Conjux munifica, pia, religiosa, triū Interregnorū pignus Concordiae. Communis mortalitatis memor hoc monumētū cineribus suis construxit; vixit omniū Regiarū virtutū laude florens per singulos aetatis suae gradus, maxime laudata. Sacellu hoc vestivit tecto aurato, ornamentis et censu locupletavit. Extincta IX Sept. Natalis sui 73 summo luctu Sigis. R. III. Sororis filii et totius Regni merore ingenti. Anno M.DLXCVI.

~

(Star. str. 7 Solt. str. 49 - Wurzb. nr 119)

Magnificus Andreas Kościelecki Castell: Voi-
nicen: Regni Poloniae Thesaurarius. Scepusien:
Osuiecinen: Zatorien: Sandecen et Bidgostien: Ca-
pitaneus Zuparius ac Magnus Procurator Craco-
viensis, obijt M.DXV die VI mense Septembris.

(Star. str. 39. - Wurzb. Nr. 133) —

Joannes Albertus Rex Poloniæ successit Patri Divo Casimiro Dext^e piana Repub^e rédd^e Regno suo bene meritus. Pace et bello clarus, ingenio magno, animo invictus erat, rei bellicæ miles ejus ingenii consultor testis fuit. novē annis avitū et Paternū Regnū tenuit; annū agens quartū et quadragesimū Thorunie XVIII Junii Anno M.DI matura morte periit. Relictis post se fr̄ibus, magno Wladislao Ungariæ et Boemiæ Rege, Alexandro Poloniæ Successore, Regina mater ex longa stirpe Imperatorū quæ Filia Regis, Soror, Uxor, et Mater erat, Chariss. filio et bene merenti cum altero Filio Sigismundo Duce hoc sepulchrū posuit.

(Star. str. 3 – Würzb. str. 139)

Joanni Choinski V. Consultiss. qui primũ Ep̃i Crac. Cancell. Archidiac. Crac.
mox Regius Secret. deinde Ep̃us Praemisl: hinc Plocen: postremo Cancell: Regni
et Ep̃us Crac. factus in comitiis Piotrkovien: extinctus est M.DXXXVIII. XI die Mart, añõs LI natus.

(Sołtyk, str: 62 - Wirzb. nr: 140.) -

D. O. M.

Andreae Gente Zaluscio
Plocensi, Luceoriensi, Culmensi, Cracoviensi
successive Episcopo
Cancellario Regni Senatori
Pastoratu, Magistratu, sensu nemini secundo.
Viro per omnia eruditissimo
omnibus curis quam annis consummato
aetatis 63 die 16 Xbris 1758.
Tu qui legis
Manes honora suspirio
sectare exemplo,
memento mori.

(Sołtyk str. 68 – Wurzb. Nr 152) –

Ossa
Servi Dei
Joannis Grothonis
Episcopi Cracoviensis
Anno Dñi M. DCCXXXII
hic
recondita
in opinione Sanctitatis
Obijt Anno Dñi M. CCCXLII.

(Solt: str. 66 - Wurab. Nr 150) -

Illus̃ et Magñus Dñus Valentin, Debienski in Debiani Castellañ Cracovien, Capitaneus Varten, in hoc sepulchro reconditus jacet. Qui avita Religione pietateq in p̃am p̃stans et meritis in Rempub, clarus fuit et ad hanc sum̃am dignitatẽ p omnes omniũ honorũ gradus virtute pervenit. Primũ quidẽ sub Sigismũdo primo Rege variis munerib, perfũctus est. Deĩde vero sub Augusto Sigismũdi filio aulae Referẽdariũ Sandecẽsis ac postea Biecen Castellan fuit; quo loco cũ fidẽ industriaqu, suam probasset, multis Praefecturis auctus, primum Thesaurius demũ Regni Cancellarius est fact, Tãdẽ hoc Magistratũ in senectute deposito, Castellan, Cracovieñ spectabatur. Jã vero cum per omnẽ vitã ita vixisset, ut plurimis maximis car molest esse ne. mini. Satur vitae atq gloriae, non paucis susceptis ex trib uxoribus liberis (quorum commoda et ornamẽta cumulavit) extremũ Cracoviae clausit diem. Años nat plus min octaginta Anno a Christo nato M.DLXXXIV die XVI 8bris

Barbara Goslawska de Bebelno cõjux fida et doloris plena Desideratissimo marito conjugalis amoris monumentum fieri fecit.

(Sołk. str. 66 - Murzb. Nr. 151)

D. O. M.

Suoque postremo cineri.
Petrus Tomicius primum Premi-
sliensis, deinde Posnaniensis postremo
Cracoviensis Episcopus, Regni Vice-
cancellarius mortalitatis memor ipse sibi
posuit, moritur anno aetatis suae LXXI.
XXIX Octobris a Christo nato.
M. DXXXV.

(Star. str. 21 - Wurzb. Nr. 154) -

Ossa Stanislai Goricki
Crac̃ et Ploc̃ canonici
Anno Domini M.DLXXII
sepulta.

ol' ↕ G

Elat... ane 74.



(niema ani w St. ani Soltk. ani Warsz.)

Epitaphium E. D. D. Bartolomaei Sabini S. R. M. Physici.

Haec sunt eximy Doctoris busta Sabini
Regio Pontana proveniētis humo.
Quē medicū atq̄ Saphū et clarū virtutibus amplis
Dotibus ornarunt Rexq; Sacerq; chorus,
Archidiaconus hic Lublini Leuciciaeq;
Prepositus Vilnae Plorianiq; Sacris.
Canonicus Vilnae, et Sandomiriae atq Parochus,
Pintrovinensis, item Shexiciensis erat:
Egidy custos sancti, et collega Minorum
Maximus, Augusti certa medela malis.
Huic igitur fratres gerāni hoc triste sepulchr.
Thomas et Simon, deposuere sui.
Consumptus est phtisi Aetatis sue Anno L.
Obyt X° die Augusti Anni M.DLVI.

Hoc sepulchro conditus requiescit; oretur pro eo.

(Star. str. 29 – Wirzb. N° 255)

Franciscus Krzyżakowski Not. Castr: Crac:
Heic! ut conderetur sacri Senatus Diaecesani
assensione virtutis ergo obtinuit, qui
aeque in officio ac omni vita integritatem
usque eo amplexus est, viri ut boni plerique
interceptum vulgo desiderarint, utinam
posteri in Magistratu praesertim aemulentur.
is non modico in censum conlato
argento Divorum cultui aedituorum
hujus Sacrarij rationibus tum et posthumae
suae saluti pariter ritequue provisum
voluit perfecitque. Excessit vita ipsis
Natalitiorum incarnati Dei Ferijs
A. D. M. DCXXXI aetat. 48.

(Starow. str. 35 – Sołtyk str. 13 – Würzbach Nr. 225)

Sacro Sanctae Triados
Uniusq̃ Dei
Laudi et Gloriae
Tum servorũ suorum Joannis Baptistae
Et Apostolorũ Jacobi majoris ac mĩori
Honori sacrum.

D. O. M.

Jacobo Epõ Cracovĩ Duci Severĩ supr̃mo Regi Cancellaĩ
gente Corabitarũ inclyta stirpe Zadzicoviana ultimo
hujus Nominis Haeredi.
Qui vultu animũ in prosperis adversisq̃ aequalẽ gerens eũ domi
continuo rerũ usu* de se existimationẽ comparávit; ut exteris
quoq̃ gentib̃ admirandũ esset.
Mox inter Moschũ ac Svecũ nec nõ alios Prĩpes a partib̃ etiã
secum dimicantib̃ belli pacisq̃ Arbiter diceretur, vocaretur
Oblatam sedem Metropolitana mereretur
omnẽ peculiũ iñocenter páratũ in D. Cantium, in bonas l̃ras
in Sacra aedificia, in pauperũ subsidiũ liberaliter distribuit.
Ariana impietatae Racoviã maculatam primũ lege publica,
cultu dein Orthodoxae fidei, sacrisq̃ Ritibus expiavit.
Quidq̃ laudis, honoris, meritorũ publico testimonio nact,
id virtuti, literis, constantiae non fortunae debebat.
Ita pius, gravis moderat, pacificus, zeli cultor optim,
omnibus suspiciendus aemulanda gloria

diem extremum clausit
Bozantini XVII Martii Anno salut: M.DCXLII
aetatis suae LX.

Credo videre
Bona Domini
in Terra viven=
tium.

(Starl. str: 37 Sölt. str: 57 – Würzb. Nr 134)

Crelicius

L. C. A.

Albertus Crelicius Andreov. I. U. D.
Praeter linguas Hebraeam. Graecam
Et latinam etiam alium orientalium
Gnarus. Collegiatae Zamostien Custos
Et Canonicus Scarbimirzensis ex post Ecclesiae
Hujus Paenitentiarius Foxianus, quo in officii
Dum aliorum conscientias judicaret, ipse
ad aeternum judicium evocatus
A. D. MDCLXX. die XIV Julii extremam
Hic expectaret tubam.

—

ne, et
arius

Grotkowskiego

Grotkowski Gnesn. Crac. Can
Canio pietate et integritate
vitae praestati viro Hospita:
litate plane admirabili, virtute
et disciplina veteris in curiis
Episcoporum quibus praerat u...
dici sacris dein addictus reli:
quo vitae suae tempore...
tu Dei pie et munifice ....
te mortuo amici p. p. vix .....
... An. D. MDLXX.......

NB. Napis ten uszkodzony w miejscach
gdzie kropki położone

Stawwiyskiego.

Ne insultatum nomen viri praestantis Sacerdotis pii Amici fidi Hospes praeteriret, perennem memoriam Hippoliti Biberstein Starowiyski Cathedralis Canonici primum Tarnoviensis successive Kielcensis ac demum Cracoviensis in annis octuaginta tribus in officiis Ecclesiasticis et civilibus indefessi ac conspicui in egenos et Gazarum liberalis imo prodigi boni rectique tenacis consilio et judicio gravis ac utilis Cracoviae Die 3 Julii 1825 demortui Haeredes prosapiae Biberstein cum executore testamenti Mathaeo Dubiecki Collega in Capitulo Crac. huic monumento concredideri*nt*.

Potkańskiego

J. C. N.

Franciscus in Potkana Potkański
Epps Patar. Suffr. et Canonicus Cracov.
Ordinis S. Stanislai Eques
Quidquid mortale habuit, tumulo deposuit
At quae illum funeri superstitem facere memoriae [illegible]
Vir quippe naturae, ingenii et studiis decoribus ornatissimus
sic totam vitam instituit
Ut nihil illam nec ad gloriam illustrius nec ad merendum uberius, nec ad
comparandam prudentiae sanctitatisque famam accommodatius fuerit.
In suis XXXVII annorum decursu, uno privilegio venerabilis ita sic sublime, et
sanctissimum officium innumeris laboribus sustinuit, extulit, ornavit, ut parens
ac sator amplissimae nuper Dioecesis hujus merito audierit
Administrator sede vacante Vicarius et Officialis generalis annis supra XXX
his gravissimis muneribus quae diligentissimorum gravare solent humeros, cu-
mulate sufficit et singulari excelsi animi vigilantia agendique ratione
cuncta in decus et emolumentum Dioecesis [illegible] contulit
Quam vero cultum et nitorem Templorum cordi habuerit Basilicae
hujus sacrae parietes marmoribus strati supellex ejus aucta et orna-
ta quamplurium [illegible] et [illegible] munificentiae
Ejus documento erunt.
Hic in Deum pius et liberalis hominibus carus fratrum [illegible] et
columen suorum decus et praesidium
V Idus Julii MDCCLXXXIX Aetatis LXXIX e vita cessit
Cui orbatum tanto sui decore Capitulum lapidem hunc sepul-
cro in quo conditus est primum
ceu perenne amoris pignus et venerationis monumentum
Dicavit

Adamus Szypowski de Biala, Can. Crac.
et Kielc. P. T. Haeres in Olesmo,
Więckowice et Chotel. S. R. M. Salis
fodinis. Wielicen. bis Praefectus, curis
laboribus, itinerib; aetate longaeva,
invictus, a morte victus, censu, quo
crastinum mercari non licuit; ornata
hac Eccla restaurata Capella Altari
erecto, multorum seculorum mercatus
memoriam, corpore hic fixus, anima
coelos petyt sic nemo totus morti concedit,
hoc rumina viator, et mortem ride.
Anno X M.DCXXVI Idibus Novembr.

(Star. str. 48 – Würzb. Nr. 309.) –

Stanislao Ganovski, Decano Ploceñ.
Cañco Cracovieñ, Secretario Regio,
Warnkovy et Baranovy Archiepiscopp.
Gnesneñ ac Martini Szyszkowy Epi
Crac. familiari, viro pio literis exculto,
domi et foris apprime eleganti, qui
sicut vivens Deiparam Virginem
summe venerabatur, ita moriens bona
ex censu Ecclesiae quaesita, iuventuti
ad cultum eius formandae consignavit.
Obyt Sabbato ante horam Salutationis
Angelicae die XXIII Decemb. M.DCXXXV.
Executores testamenti M.M. P. P. —

(Star. str. 32 - Wurzb. Nr. 264.)

R. D. Stan. Krasinski
de Krasne, gente Slepowronus
Archid. Crac. Schol. Gnesnen. Custos
Plocen. Regi, Secret, antiqua nobilita-
te clar, Juris consultis et in reb, geren-
dis exercitatis. apud Piu IIII S. M. Episcop.
clerigz legat, maturior, aetate, in Aula Sigis,
II. Aug. R. cu laude egit: Steph. et Sig. III Regib,
imprimis char, et comendat. Georgy S. R. Ec.
Cardinalis Radivili Epi Crac. vicariu ge-
rens Magistratu opti et vigilanter, re-
b, humanis erept, est: A. M. Dmenag. VIII die
Sept. XII. Aetatis LXIIII Curat. Test: tros.
Crassiniu quaeris, nusqua est subsiste viator:
Dicet quod lethu sustulit innocuu.
Ossa tenet tumul, mente rapuere beati
Coelicolae, aeternum
terra Polona vale.
Joan: Crass: C. C.

~

(Star. str. 26 - Wurzb. Nr. 244) —

D. O. M.

Hic corpus Lucae
Zdroiowski, Canonici
Cracoviensis
requiescit, diem expectans
ultimam, oretur pro eo.
Obiit Anno Domini
M.DCXLVIII Die XXVII
mensis Februari.

(Wurzb. Nr. 227) –

D. O. M.

Gaspar Niewiarowski
Cañ Crã. R. R. M. Secr.
Magno in Deum cultu, generis
dignitate principum amicitia,
morum integritate animi
in utralibet fortuna
moderatione insignis,
de statione vitae evocatus
hic supremum expectat diem,
Heu! quam res humanae ultra
cinerem nihil sunt. -
Et nos curis differimur inanibus.
Jam nosti qualis hic.
Tu qualis ipse brevi futurus sis,
vide.
Si vivis, ut bene moriturus,
morieris ut beate victurus.
Obijt Anno Salutis M. DCXXIX.
Sept. XVI Aetatis Anno LVIII.

—

(Stare str. 33 - Wurzb. Nr 266.) -

R. D. Martino Židowski Gnez.
nen̄ Cracovien̄ Canōco mo-
desto, pio, miti et industrio
Viro A. D. M.DLXXII decima
die Junii aetatis vero suae L
ex hac vita sublato, amicus
coñer et Executor moestus
conjunctō amico posuit:

(Star: str. 31 - Solt. str. 111 - Wizeb. Nr. 199) -

D. O. M.

Joannes Barski I. V. Doctor olim sereniss:
Annae Jageloniae Reginae Poloniae Theologus
Archidiaconus Crac. in hoc Sacello adventum
Magni Dei et Salvatoris Jesu Christi expectatu-
rus, hoc monumentum erexit; ut ad altare Domini
celebrantes eius meminerint: Anno Dni M.DCI.

(Star: str. 42 – Wierzb: Nr 297) –

D. O. M.

Albertus Greglicius. Andreov. I. V. D.
Praeter Linguas Hebraeam Graecam
et Latinam etiam aliarum Orientalium
Gnarus Collegiatae Zamoscien̄ Custos
et Canonicus Scarbimirien̄, Cantor expost Ecclesiae
hujus Poenitentiarius Foxianus Quo in Officio
dum aliorum conscientias judicare et ipse.
Ad aeternum Judicem evocatus
A. D. M.DCLXX Die XIV. Juli prope
Septuagenarius cujus cineres extremam
Hic expectant Tubam.

—

(niema w żadnym Autorze) —

Reverẽndo D. Andreae Cieklinski, Canõico
Cracovieñ Preposito Visniceñ &c Habdãka
Scarbeciorum gente antiquissima progenito,
viro integerrimo, pio, magnanimo, multisque
animi et corporis dotibus cumulatissimo;
qui dum quadragesimum tertium annum agit,
immatura morte correptus, obijt in Domino
die IX Mensis May, Anno Dñi M°D°X°C°I°
Stanislaus et Petrus (Sereniss. Stephani Ma-
g̃ et Sigismũdi III Poloniae Regum Secre-
tarij) Cieklinscy, fratri desideratissimo
mesti posuere.

—

(Star. str. 32 – Wurzb. Nr 263).

D. T. O. M.

Josephus Rogalli Gente Varmien:
Canon: Cracov: Custos Kielcensis
in Deum, in proximum in Ecclesias,
pius, misericors, liberalis,
Redemptoris sui memoriam revolens
de Passione Christi in hac Ecclesia
de S-mo Sacramento in Kielcensi
Missas perpetuo curandas fundavit.
Ecclesiam Sancti Adalberti, Dolorosae Matris Sacellum
Kielcijs a fundamentis erexit.
Ilzensem Parochialem igne absumptam
refecit, ornavit, ditavit.
Animae quoq; suae prospicere volens
ex censu super Domo ad Portam Castrensem
non mediocri sumptu constructa,
Anniversarium constituit.
Vir senio, et Vitae Sanctitate Venerabilis,
octogenario major 1765 Novembris 12 obiit.

(Solt. str. 80 - Wurzb. Nr 173) -

Joanni III

Electione, Polonico, Lithuanico, Prussico, etc.
Liberatione, Austriaco, Pannonico,
Profligatione, Ottomanico, Thracico, Scythico,
Cui Regnum
Gloria militaris peperit
Polonorum amor stabilivit
Qui
Turcicam Lunam
Crucis Vexillo exitium minitantem
a Christianorum finibus
ita prospere, fortiterque pepulit
ut venisse, vidisse, vicisseque
unum idemque Illi fuerit
Tanto principi
Die 17 Junii 1696 e vivis erepto
et in hac Cathedrali Regum tumulis
illato.
Roma cum Innocentio XII justa persolvit
Capitulum Cracoviense huic Mausoleo,

suis impensis extructo
memoriam inscribi mandavit.

Tres luctus causae sunt hoc sub marmore clausae,
Rex, decus Ecclesiae, summus honor Patriae.

(niema w Sołtyku – Wurzbach o nim wspomina,
lecz napisu na pomniku nie przytacza)

Anno Dni 1082

Memoriae Juditha

Juditha Wladislai Hermani Poloniae Principis Conjunx. Filia Ducis Bohemiae ex Adleida Filia Andreae Regis Hungariae suscepta effundens concupitum, infantem Boleslaum nomine, cui cognomentum accessit Krzywousty; brevi Ipsa super viren̄ tempore de ergastulo hujus carnis Non. Kalend. Januar~ in Vigil~ Nativitat. Dni soluta est. Plancta a Clericis et miseris Personis quoniam benigna fuit Mater Orphanorum. Hujus munificentia Comitatus Chropy in Terra Syradien. qui nunc Pabianice dicitur, cum hominibus et servitutibus eorum et cum omnibus tributis ex frumentis, melle et pellibus mardurinis et aspergillinis., donatus est Canonicis Ecclesiae Cracovien~ in cujus recompensam. Horas Beatae Mariae adstricti sūt singulis diebus explere.

(...)

Ex decreto V. Capituli Eccl~ Crac~
gratitudinis ergo A. D. 1634 P. P.
M. Math. Miechow: L. 3. Hyst. Pol. Cap. 1.



(Starow: p. 29 – Soltyk str: 12 – Wurzbach Nr. 224)–

Reverẽdo Raphaeli Wargawski Budek
de Wargawa Ecclãe Cathedralis Cracovi.
et S. Floriani in Clepars, nec non̄ S. Jacobi
Casimiriae Praepti, Custodi Sandomirien.
et Can̄co Ladislavien. Viro genere no-
bili, pietatis cultori studioso, ingenio perspi-
caci, doctrina eleganti, mor. singulari
candore et comitate: pauper., tum in edu-
candis Consanguineis egenis doctrinae
studiosis patrono liberali, mortali vita
perfuncto. Generosus Martinus Jaro-
chowski de eadem Wargawa, et in Stagu
rzani Haeres, Nepos ex Fr̃i germano, ad
locũ sepulchri propter excitandos prae
tereuntes deprecãdi illi Vitam et requiẽ
aeternã. Patruo suo pientissimo posuit.

(Starow. p. 36 Soltyk p. 22 – Wirzb. Nr. 48)

D. O. M.

Hieronymus Sołtyk antiquis-
sima Nobilitate clarus filius
Ferdinandi et Marthae Lubomir-
ska Palatinorum Czernichovi.
Canonicus hujus Ecclesiae Cath.
post ascensum Padniewij in ma-
jorem Cancellariatum, majori Secre-
tariatu insignitus a Ser. Sigi. Augusto.
Vir plenus meritis terminum vitae suę
posuit An. MDLXII aetatis XXXIII
Execut. Test. posuerunt.

(Sołt. str. 38 - Wurzb. Nr 74) -

D. Mathiae Lanczki Juris con
sultis Viro gravi et prudētis ād
Archiēpos Gnesneñ aliq̃t Cā̃cel
larii in Academia vero Crac̃ Rec
tor munere cum laude ꝯfuncto,
Archidiacō Gnesneñ, Scholastico
Vladislavieñ Decano Lovicieñ
et Canōico hujus Basilice. Cura
tores Tēāli ꝑ. ꝑ. Obiit die XII. Novembr.
Anno 1557 aetatis suae 50 anno.

(Star. str. 35. Soll. str. 47 Wurzb. N° 81) –

Aedem hanc:

Viri sanctitate clari
Joannes Groth Epus Cracoviensis
ab anno 1347
Thomas Oborski Epus Laodicensis
Suffraganeus Cracoviensis
ab Anno 1645.
Quis Sacris Lumiiis honestarunt.
Praetiosa gaza hac tumentem
Sedilitate tamen ma humiliatam
Andreas Zaluski Epus Cracoviensis
pietate liberalitateque portexat
anno 1763
Una cum altera eidem contigua
a sequalore vindicavit
et hanc specie unas secum
donavit
Reliquiis SS. Innocentium honoravit,
In divis adauge cultum
Andreae precas veniam

Na drzwiami –
Pio Cultui ac justis honoribus celebrando
Sacellum a Samuele Cracoviense Epo
inchoatum curato testamento

JOANNES GROTHOVIUS.

De Slupcza et Familia Rusa Romae litteris imbutus et a Pontifice Joanne vigesimo secundo suo olim in studio sodali, Avenione ad Episcopatum Cracoviensem sponte illius et Vladislao Rege altero commendante provectus insignem Pastorem, et tam Ecclesiae quam Reipublicae acerrimum defensorem egit. Pallium quousque hinc Episcopi Cracovienses in Sacris utuntur, apud Benedictum Papam duodecimum, causam cum Prutenis agens obtinuit. arcem Ilza Ecclesiam in Kadlow et Dobrowoda intro construxit. Altaria in Arce et Ecclesia Cracoviensi Sanctorum Cosmae et Damiani ac Sancti Vincentii et Praebendam apud Sanctum Georgium fundavit multaque statuta in Ecclesia Cracoviensi saluberrima edidit, ac per omnia pie juste ac forti animo praesidens, Deo, Ecclesia sua et Republica optime meritus Anno Episcopatus sui decimo nono, salutis vero millesimo trecentesimo quadragesimo septimo ab humanis sublatus et ad limen hujus Capellae imprimum

imprimum est conditus, ubi cum centum septuaginta et quinque quiesceret annis, sarcophago ejus aperto corporaliter jacere compertus est, de quo beato corpore odor suavis redolebat et ad instar violarum odoriferarum fragrantia erumpebat, et quemadmodum Praesul benignis virtutibus in usque constanter renitebat, sic eo judicio corpus Ppii Praesulis ex humatum duabus hebdomadis extra sepulchrum manens suavitatem non immutavit odoris hic conditum est.

Silvester vero Czarowski Divi Sigismundi Regis cubiculi Praefectus Domino Deo imprimis Ejusque Beatissimae Matri et S.ti Joannis Evangelistae et huic ipsi Episcopo gentili suo saluti que et cineri suo, et Posterorum suorum Capellam hanc vetustate incultam et neglectam recenter ornavit, hocque novo Mausoleo extructo Divum Joannem Praesulem honorifice ab ostio in hunc translulit locum Anno millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

1.) Erasmus Kretkowski (Nr. 196)
2.) Adamus Komorowski (197)
3.) Adrianus Skarzewski (228)
4.) Stibor: Krzykowski (229)
5) Joannes Andreas de Valentinis (230)
6.) Jacobus Ostrowski - (231)
7.) Martinus Belza -(232)
8) Petrus Zerembski (233)
9) Christinus Drozdowski (234)
10.) Martinus Karnkowski (236)
11) Joannes Groth (237)
12) Stanislaus Górski (239)
13) Nicolaus Zamoyski (240)
14) Rdus Dr. Sigismundus (241)
15) Albertus Szydlowski - (242)
16) Stanislaus Batkovius - (243)
17) Joannes Krasinski (245)
18) Jacobus Lempicki - (246)
19) Stanisl. Zmar de Pabianice (247)
20) Raphaëlus Ostowski 248)
21) Zbigneus Ziolkovius - (249) -
22) Andreas Dunin - - - (250)
23) Joannes Choienski - (251)
24) Procopius Ruthenus - (253)
25) Stanislaus Barry (254)
26) Paulus Gorlicki - (259)
27) Bartholomaeus Zawadzki - (260)
28) Clemens de Moskorzow (261)
29) Joannes Kochanovius (262)
30) Hieronymus Reczaiski (265)
31) Martinus de Kamenecz (267)
32) Stanislaus Grotkowski (268)
33) Joannes Szaropinski - (269)
34) Bernardus Wapowski (270)
35) Petrus Wapowski (272)
36) Georgius Myszkowski - (273)
37) Paulus de Szydlowiec (274)
38) Paulus de Glovnia - - (275)
39) Jacobus de Mirzyn (276)
40) Mathias Grodzicki (277)
41) Petrus Gorcinius (278)
42) Joannes Korczbach - - (280)

43) Stanislaus Rogożynski --(281)
44) Groth (filius Christini de Ostrow)(282)
45) Joannes de Elgoth ——— (283)
46) Jacobus Vedelicius - (284)
47) Joannes Borek ----- (285)
48) Jaroslaus Archid. --- (286)
49) Albertus Kijewski - - - (287)
50) Joannes a Tarnow ----(288)
51) Nicolaus Bedlenski ----(289)
52) Alexander a Brzezie Brzeski (290)
53) Joannes Konarski ---(291)
54) Jacobus de Schadek (292)
55) Christophorus de Schidlovice (293)
56) Sebastianus Brzezinski (294)
57) Bartolomaeus Januschowicz (295)
58) Petrus Przerembski - (296)
59) Albertus Ziemiecki (297)

60) Stanislaus de Kurozwanki - (299)
61) Felix Schirchowski - (301)
62) Valentinus Ilkus - (302)
63) Petrus Kmita (303)
64) Mathias de Blonie (304)
65) Melchior Sobek (306)
66) Joannes Sacranus (307)
67) Andreas Zebrzydowski - (310)
68) Bartholo: Gantkowski - (311)
69) Andreas Gorra - (312)
70) Joannes de Czyzow - (313)
71) Joannes de Stupcza - (314)
72) Joannes Karnkowski - - (315)
73) Petrus Posnaniensis — (316)
74) Stanislaus Ksiezki (317)
75) Nicolaus Czepiel - (318)
76) Nicolaus Mniszek - (320)

Infinitae Dei Omnipotentiae
perpetuae
Serenissimi ac invictissimi Ioannis tertii Regis Poloniae
Magni ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae,
Samogitiae, Livoniae, Volhiniae, Kiioviae, Podoliae,
Podlachiae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeq̃

Memoriae
Vexillum hoc Ottomanicum
ab invictissimo Rege ipsis in Tentoriis magni Vesiri captum
ad aras Dni. Stanislai Praesulis ac inclyti Regni Patroni
sacrum dicatumq̃ est.

Qui
ut labenti rei Christianae opem ferret, die 19. Augu. Anno Verbi incarnati.
MDCLXXXIII. Polona Arma versus Viennam a Trecentis milibus Barbarorum
oppugnatam prospere movit.
Ope divina inaudita fortitudine, Anno eodem die vero XII Septembris
Victor hostem profligavit, Triumphator Castra coepit.
Liberator Viennae, exitialem obsidionem
solvit.
De flore Ottomanici exercitus respersas hostili Sangvine
Laurus obtinuit.
Strigonium, Setinum et alia complura loca
Leopoldo Romanorum Imperatori asseruit.

Tandem
dies Augusta Anni decurrentis XXIV Decemb. dum Augustum hac in Basilica
sistit Regnum universum in magnas laetitiae effunditur voces.
Ille in profundam Dei Omnipotentis Venerationem;
Post appensa Romae in Vaticano ad summum decus nunquam antea visa
bina Turcica vexilla, tertium suo Regio in templo apponit:
ut
trino magnarum victoriarum documento SSmae Triadi
det Gloriam futuraq saecula credat
magnus Victoriis majorem non fuisse.
Magno Joanne.

In argumentum Regiae pietatis et memorabilis victoriae.
Joannes de Malachowice Episcopus Cracoviensis
Cum Capitulo ad rei gestae perpetuitatem posuit.

(S.M.: str. 39 - Wurzb. nr. 75.) -

Presbyterium.

D. Stanislao Borck VI u.2 Do-
ctori, Decan[o] Crac. Can[tori] Gnes. Cancell. et Can[o]
Vratisl. Viro hoñ reli-
giosiss. et beneficētiss. obiit. XX. Aug. Anno M.D.L.VII.

(Stars: str. 21 – Sitt. str. 125 – Wurb. Nr. 207)

ētro Kmitae Palatino Kmitharum ultimo et maximo, cujus
Familia ex
Sobieniana orta gente, continuatis honoribus, magnisq̃ rebus gestis in
Polonia multis aetatibus claruit eamq̃ Regni ac Decus ob virtutem
anti-
quitus habita fuit quam ab occasu, neq̃ Anna Gorcana uxor prima neq̃ Bar-
bara Tulatinensis secunda servare in hoc Viro potuit qui Stanislao Kmita
Patre et Catharina Tarnovia ortus matre, cum et Palatinatu Praefecturaq̃ Cracov.
et Marschalcatu Regni et Scepusiensi, Praemysliensi, Coloniensiq̃ Praefecturis in Do-
mo Visnicza floruisset, majorumq̃ honores cumulasset ultimum vestigium in ter-
ris
irato Poloniae Deo post Kmitas omnes decit, amplissimo Patrimonio Sororum
Liberis Stadnicciis atque Barsiis relicto, cujus mens Coelo corpus cum Patribus hic
contegitur humo Vir fuit animi magni et Consilii Remp. tanquam Pater unicam fi-
liam
dilexit pro qua inimicicias suscipere periculum adire commoda negligere omnia
humana postputare domi forisq̃ bello paceq. jus arma fasq̃ duxit in quia ille sob-
rie juste pieque vivendo apud Regis gratia apud cives potentia plurimum potuit
Justiciam in Magistratu cupide exercuit illamq̃ non tam summo jure quam
aequitate multa pro tenuioribus contra potentiores temperavit antiqui moris Eccle-
siastici Romaniq̃ ritus homo servantissimus fuit, studia liberalia coluit Doctos ac
Militares viros fovit in amicos beneficus, benignus in afflicto eratq̃ ut adver-
santibus
asper in si cederes idem placabilis, maximas offensiones minima deprecatione com-
pensans, pudore et temperamento linguae durissimos etiam inimicos frangens et
emoliens et cum liberalitate clementia omniq̃ parte Vitae esset laudabilis: fi-

de tamen conjungati excelluit pro qua Illi hujus sepulchri a Barbara Joherbortio Dobromillo Filiá uxore fidissimá maestissimaq̃ hic habitus est honos. Excessit e vita Sigis. Augusto Rege magnumq̃ praebuit publicè extinctae familiae dolorem Annos natus 76 Prid: Kalend: Novemb. Anno Christi Dei nostri M. DLIII.

(Starow: p. 27 - Soltyk p. 9 - Wurzbach No. 205) -

Beatissime

Bea P Beatiss

tissime Pater

P Pater

a

equam

equam

Cat

1/ Mr Schornstein
nie Szmelker.

2/ Mr Cucker
nie Atlas.

3/ Mr Tiles
nie Bobker.

Kornicka Kürnicka
Karnicka Krynicka.

qui pelexerunt

B Ci cura

Beat Beatissime

pelex con

K flajo pelex

pelexerunt

videlis

Hoc opus Federico Cardinali Casimiri Filio, qui quinque
Et triginta annis exactis M.DIII. Marcii XIIII obiit (Fratri
Carissimo Divus Sigismundus Rex Poloniae pientissimus
Posuit. Ab Incarnatione Domini M.DX.

Hic Federicus adest Casimiri Clara propago
Regis et Augustae spes erat alta Domus:
Namque Sacer culmen Carlo venisset in altum,
Ni tantum raperet mors properata decus:
Sed dum Sacra tamen voluit fortuna nocere,
Profuit; humanis cessit et Astra tenet:

(Würzb. Nr 212) —

Hedvigis Ludovici Hungariae et Po-
loniae Regis Filia Casimiri Magni Neptis
Vladislai Jagiellonis Uxor obiit
Anno Domini 1399
A tergo hujus marmoris ultimum ex-
pectat diem.

Memoriae

Cajetani Ignatij Episcopi Cracoviensis Ducis Severiae Equitis Aquilę Albę
Sanctae Ecclesiae Catholicae Ornamenti et Praesidij
Patriae Libertatis intrepidi Adsertoris
Qui adversa fortuna in remotas alienae Ditionis Regiones vi abductus
Post Annos 5 Menses 3 in Patriam communi Bonorum omnium laetitia redux
Non tam ob suam quam Reipublicae calamitatem Aegritudine oppressus
Decessit Anno Dñi 1788, tertio Calend. Augusti
Aetatis suae 73. Episcopatus 30 annorum
Hoc Epitaph. scripsit et exarari mandavit. Michael Soltyk Dec. Cath. Crac.

(ziema w Würzbachu)

Jacobo Montano Philosophiae et
Medicinae Doctori Canoni: Crac:
qui primum in exhibendis Medica-
mentis Philippo Padnievio specta
tam navavit operam: Eo deinde
vita functo, Collegii Canonicor:
procurationis munus suscepit, in
quo per annos aliquot ita se ges-
sit, ut fidem et diligentiam sin-
gularem omnibus probaret.
Curatores testamenti monumētū
hoc posue: die XX Febru: M. DLXXX.

(Star. str. 43 - Solt. str. 20 - Wirzb. № 44) -

D. O: M.

Filri et Adm. Rndo D. Christophoro a Chronow Chronowski Cracovien: Sandomirien: Canco, Scholastico Kielcensi S. R. Mtis Secrio.

Viro, in Aula Regia, apud Illrimos Heroas ob ingenii praestantiam, et in agendo dexteritatem boni et clari Nominis.

Quem lustra per quinque Illmus et Rndmus Dnus Andreas Trzebicki Episcopus Cracovien: Dux Severiae, Senator de Republica difficilimis temporibus meritissimus, tantopere in pretio habuit; quod nullius Officiis frequentius, familiarius, intimius egeret; Curiae Episcopalis, et in ea Gazae arbitrium, custodiam, fidem, moderamen, crederet:

Ast o fragiles humanas spes, Vir Ecclesiastes, probus, nemini gravis, in arduis infractus, in medio cursu, Honorum, dum Praesulis sui beneficentissimi, extremae voluntatis destinata, sollicita cura exequi udproperat morbi malignitate Vitae stamina rupit; et quarto post funera ejusdem mense, in Sarcophagum delatus est: Anno Dni 1680 die ultima Aprilis aetatis 52.

(Solt. str. 105 - Wurzb: Nr 194).–

D. O. M.

R̃dus D. Martinus Izdbiński de Rusiecz, Scholasticus Cracovien̄, Archidiaconus Posnan̄ Can̄cus Gneznen̄ antiqua nobilitate clarus, doctrina praesertim Juris canonici, ac rerum usu excultus, ideoq; Vicariatus Generalis et Administrationis Episcopatus Cracovien̄ officiis cum laude perfunctus, zelo et laboribus pro Ecclesia Catholica ad extremam aetatem invictus, tandem aetate morbisq; diuturnis confectus pie et fortiter ex hoc vita com̄igrat; die 24 Mai Anno salutis 1594, aetatis vero suae 80 Curatores Testamēti hoc monumentū eidem posuerūt.

(Star. str. 43 - Solt. str. 19 - Wurzb. Nr. 43)

R̃do Jacobo Gorski I. U. Doctori
Archidiacono Gnesneñ Cañco et
Archipresbytero Crac: Universita-
tis Professori, Pro-Cãcellarioq̃, ce-
leberrimo ac eiusdem octies Rec-
tori diligentissimo, discipulorũ
copia clarissimo, scriptorisq̃ di-
sertissimo, ac propterea Magno
Regi Stephano charissimo. Tes-
tamenti Curatores et amici pre-
cati Requiem aeternam hoc mo-
numentũ posuerunt defuncto
Añō Dñi M.DLXXXV. XVII Junii.

(Star. str. 32 - Solt. str. 103 - Wurzb. Nr. 192)

D. O. M.

Nec non posthumae ac nunquam
intermoriturae memoriae
Perill.e et Adm. R. D. Andreae Pienkowski
Cracov. Tarnov. Canonici.
Qui post praeclara bellicorũ facinorũ insignia,
forensibus studiis exercitus
et Juris Patrii scientia egregie instructus,
primũ District. Terrae Cracov. Camerari, Granicilis,
et Cancellariae ejusdẽ Officii Castreñ Regens
tandẽ huj. Ecclẽae Canonicatu positus,
Tribunalis Regni novies Deputatus
raro exemplo justitiae et Juriũ Capitulariũ
vindex eximius.
In suscipiendis pro bono comuni laborib, et onerib,
promptmus, in sustinendis indefessus
in componẽdis mira dexteritate et prudẽtia
difficilioribus negociis frequentimus.
Immortalẽ Nomini suo gloriã aetate ad ultimũ propè seniũ
prosperè provecta asseruit;
Denum novissimorum memor, providè sibi suisq, consulens,
in rem Ecclẽae non pauca, in subsidiũ latenti egestate pressorũ
multo plura

postquam disposuit, ordinavit, obdormivit in Domino
Die 8 Mensis 7bris Año Dñi 1693
aetatis suae 78.



(Salt. str. 95 – Wurzb. Nr 182) –

D. O. M.

Josephus Benedictus in Domaszowice
et Grodzisko Grodzicki
Ab Anno 1727mo Die Quinta Decembris
Canonicus Cathedralis Cracoviensis
Fundator ex Proprio peculio in
Anno 1763 Alumnatus Poloni
In domo Nationali Romae propter
Regni Poloniae ornamentum et
Utilitatem Hic met Anno 1783tio
Die 15 Mensis Martii Aetatis vero
suae 83 sepultus est.

(niema znak w Würzburku)

D. O. M.

R. Simoni Sarnowski Can-
tori Cracovien. Ex Pala
tinatu et Districtu Lavci-
cien. De Armis Accipitris
Deus propitius esto peccatori.
Natus Anno 1576
Obiit 16 Martii 1639
requiescat in pace.

Ex Testamento ejus desumptum.

(Ltar. str. 43 - Soltk. str. 21 - Wurzb. No 45)

D. O. M.

Aeternae Memoriae
Ludovici a Słupow Szembek
majoris Secretarii Regni Crac. Varmien. Canonĩci.
Si genus requiris magnum et illustre est
Comites Imperii a Schombek per suos Aborige-
-nes, propago Francisci Castellani Camenecen. et An-
nae a Rupniow Filius, Stanislai Primatis Regni, Christopho-
ri Episcopi, et Principis Varmien. Michaelis Decani et Suf-
fraganei Crac. Joan. Cancellarii Regni, Alexandri Pala-
tini Siradien. Praeclai Castellani Voinic. Francisci
Dapiferi Regni german, Frater. Christoph. Epĩ Wladisla-
vien: Francisci Visliciem: Petri Oswiecimen: Castellanorũm.
Antonii Palat Crac. Succamerarii Patruelis et ali-
orũ Procerũ Patruus, aut Nepos.
Si Virtutem haec nullibi clari, luxit. Totam se
vidit in uno Subjecto.
Si eruditionem hac in celeberrimis Universi-
tatibus collecta inclaruit.
Exterorum delicias vidit non sensit U-
bique moribus innocens,
Redux in Patriam, honores de se certan-
tes invenit, Sacros tamen admisit.

Quibus Judex in Trib. lib. justus affulsit.
His dotibus praecellens, Augusto II Poloniae
Regi fuit gratissimus.
Si tantus in viridi, quant. futur.; erat in arido
multa paucis.
Forte immaturae mortis praescius in
brevi explevit tempora multa.
Sepultus in hac Basilica III. Nonas Jun. A.D. 1710;
Cui hoc lugubre monumentum fraternu,
amor Episcopi et Principis Varmien.
posuit.

(Solt. str. 89 - Wurzb. Nr. 176) -

D. O. M.

Andreas Pęgowski de Armis Sulima, Archidiaconus
Cracoviensis in Ecclesys Collegiatis, Visliciensi Cantor
et Scarbimiriensi Scholasticus, S. R. M. Secretarius.
Parta singularis eruditionis, et prudentiae decora,
Publico merito in Aula Regia prospere impendit. Legationis
Regiae ad Augustissimum Ferdinandum Tertiũ Imperatorem
munere Secretary, et post ad Principem Transilvaniae
honorifice perfunctus est: Eandem animi dexteritatem
Illmo et Rndmo Dño Andreae Trzebicki Episcopo Cracoviensi
Duci Severiae in gravioribus Negotys Publicis, eidem intimè
commissis laudabiliter exhibuit: In Judicys Tribunalis
Regni, constantissimus justitiae assertor, in Officio suo
Ecclesiasticae Censurae, et adimplendae sibi incumbentis
sollicitudinis exactissimus cultor. Haec praeclara et alia
laudabilia virtutum dum indefesso studio honori
suo incessanter accumulat, octogesimo
proximus ad Caelestem Patriam translatus est.
Cracoviae die 22 Mensis July
Anno Dñi 1689.

(Soltt: str. 94 – Wirzb.: nr 181) –

D. O. M.

Nicolaus de Obory Oborski Episcopus Laodicensis.
Suffraganeus, Scholasticus, Vicarius in Spiritualib~
et Officialis Generalis
Cracoviensis

Ex Illustri ac pervetusto Columnarum sanguine
pro minimo reputans sublimi loco nasci
Amplissima Virtutu~ et Meritoru~ decora sublimiori
pietati conjunxit. In Deum Ecclesiam,
Reges, Clerum, Dioecesim et Basilica~ hanc, pietate,
Zelo, fide, exemplo obsequio et liberalitate,
celeberrimus.

Inter ardua trium vigillantissimoru~ Illustrissimoru~
Cathedrae hujus Antistitum Petri Gembicki,
Andreae Trzebicki, Joannis Malachowski,
amplissimae hujus Dioecesis Negotia,
paterno regimine et vigilanti cura
conspicuus.

Recusata Archiepiscopatus Leopoliensis
dignitate, totus in Cleri disciplinam
sacra Instituta, piasq~ eleemosynas
effusus.

Dum omnes Consilys meritis, exemplo, aere et invincibili

charitate
juvat, defendit, relevat et complectitur,
inter curas bono publico impensas
plenus dierũ, ac meritorũ, ad plenitudinẽ aeternae mercedis
die XVI. Mensis Aprilis Anno M.DCLXXXIX
evocatur,
aetatis 78 Sacerdotij 55, Episcopatus 31.

(Jolk. str. 84 - Wurzb. N.^ro^ 175) -

D. O. M.

Celsissimo Comiti Georgio Vandalino
Mniszech
Castellano Cracov: Equiti Aquilae Albae et S. Andreae.
Capitulum istius Cathedrae cum suo Principe Episcopo
lapidem hunc posuerunt.
Signus et monumentum immortalis memoriae
Perennisque erga mortuum observantiae.

Muneribus gestis fuit indita vita Georgi
Fama, opibus, meritis, nobilitate, toro
Quae bona rara Deus, quae splendida Patria, Reges
Quae dant, larga illi contribuere manu
Ille Augustalis Comitatus Praetor in Aula
Multiplicis Summus Praeses et Ipse Fori
Ille Senatorum Regni Frons prima Poloni
Summi sui Generis Gloria, Gentis amor.
Hosce tamen primos quamvis sit adeptus honores
Nihil in vita habuit Relligione prius,
Hanc primum coluit Patriam, Regesque secundum
Nec se deseruit, nec sua, neque suos.

Postposuit meritis Titulos, virtutibus aurum
Antetulit propriis publica quaeque bonis
Satque Deo, sibi sat, vixit satis omnibus Ille
Mortuus ut vivat, tempus in omne Polo.
Relligio, Columen, Decus immortale Senatus
Patria moesta, Patrem flet Domus alta Jubar.
Roma suos Fabios, Decios, canat atque Catones.
Hic Fabius, Deciusque Hic Cato noster erat.

1780.

(Sott. str. 72 – Wurzb. No. 168) –

D. O. M.

Hoc frontis honore et grato pondere supercilii cultuq̃ Pastoralis
Trabeae insignibus radiante fulsit.
Andreas Trzebicki Episcopus Cracovien̄ Dux Severiae
Qui post exercitam Virtutis et sapientiae studiis illustrem Romae indolem admo
tus Supremis
Aulae officiis, Majestatis Poloniae in Centuriatis Romani Imperii Comitiis ma
gnus assertor
Procancellarius Regni ad Senatoriam Praesulemq̃ Purpuram evectus,
Electoralis Regum Lechiae Campi vacua tunc Primatiali sede Moderator et
Praeses
Totius Sarmatiae Os et Lingua factus
Magnum Joannem Tertium Regem dixit.
Perpetua illi in rebus Patriae adversis et difficillimis temporibus constantia,
invictaq̃ animi
Firmitudo ac sublimitas plane incomparabilis, mirum severitatis ac mansue
tudinis temperamentum,
cuncta in exemplum et venerationem composita.
Inter ardua Consiliorum ubi nodus Gordius ibi ille Macedo et Ensis.
Pro Deo, Religione, Ecclesia murus Aheneus,
Antiqui moris et disciplinae Cleri contra labem saeculi vindex et stator,
Inter Majestatis et Libertatis discrimina raram innocentiae pacataeq̃ è voto
Publico
Patriae laudem, Anno 1666 primus ac praecipuus tulit.
Involucra mentium exosus, niveum pectus lucidamq̃ interioris vitae crystallum

Gentili Cygno suo concolorem unice adamavit. Plenius ingentib. in Pa-
triã Ecclesiã pauperes, meritis
profusa in omnes ultimis suis tabulis munificentia,
septuagenario major aeternitatem ingressus. Anno M.DCLXXIX die XXVIII
Decembris
Gratus Nepos Gaspar Cienski Decanus Cracovien. Avunculo suo posuit.

(Solt. str. 81 - Wurzb. No. 174) -

D. O. M.

Piis manib, Stanislai Rudzki; Can. Crac. Praep. Visli.
Probi, prudentis, industry viri,
Qui apud Martinum Szyszkovium Epum Crac.
Aeconomico Quaestorioq; munere rara
Fide perfunctus, cum testatae solertiae
ductu Sacri Basyliani Collegy, rem
procurandam suscepisset; in ipso curarum
aditu expectatione omnium praeclusa;
fatis urgentib, cessit.
scilicet; insidiosae morti.
Nec corporis habitudo firma, nec aetatis
maturescentis vigor, nec mortalium
vota, obsistere queunt:
Heus Spectator:
Fato te para, praestoq; sis, et nihil habe
non suspectum.
Migravit Anno S. M.DCXXXI
XX Jan. Aetat: XLV.

(Star. str. 30 - Wirzb. Nr. 258.)

Stephano Bathoreo Regi Poloniae
Pacis Belliq̃ artibus magno
Justo, Pio, Foelici Victori,
Livoniae, Polotiaq̃ de Moscho vĩdici
Anna Jagiellonia Reg. Poloniae
Praestãtiss. conjugi M. P. C. MDXCV
Obiit prid. Idus Dec. M. DLXXXVI
Regi annos X Men. VII dies XII natũ LVI.

(Star. str. 17 - Solt. str. 75 - Wurzb. nr. 162)

Deo
Reip. Q pol
on et Litua
Polociã Liv
oni Q Rest
ituit. An.
1583.

Ossa Elisabethae Piletiae
Uxoris tertiae Vladislai
Jagello Poloniae Regis hic
sũt Recondita obiit
Anno Domini 1427.

(Wurzb. Nr. 157) —

D. O. M.

Georgio de Grochovic Grochowski
Gente Junossius Dec~ Praemisl~
Praep~ Luceorien~ Can~ Cracou~ S. R. M. S.
hoc Sacellum antiquo situ deforme
Marmoreo opere ex toto exornari
curavit et 4 Missaru~ singulis septimanis
perpetuo dicendaru~ dotatione
auxit, atq~ vivens isto loco sepulchru~
sibi parari fecit, in quo post
fata quiesceret. Anno 1659. Dieb,
ultimis Julii Praemisliae mortuus
et sepultus.

(Star: str. 51 - Solt. str. 79 - Wurzb. Nr. 172)

Quisquis Virtutem, Religionem, Patriam amas
hic subsiste.
Conditorium hoc mortales exuvias Mathiaez
de Poniatovio Poniatowski Stemmate Ciemiarum Decani
Cracovien. Abbatis Sulejovien. Referendarij Regni
claudit.
Incorrupti animi Virum maximis rebus ubique parem
insigne Sacerdotalis vitae exemplum
qui
magno Patriae, Ecclesiae, amicorum bono et ornamento
naturae cum annis LI piè ac religiose vixisset
Idib. February Anno M. DCLX non sine bonorum
lachrimis decessit.
Virtute, factis, meritis immortalis.

(Solt. str. 79 – Wurzb. Nr. 171) –

Gamratũ Regina potens Bona Sforzia Petrũ
Cracoviae et Gnesnae Pontificẽ statuit.
Sarmatici dũ vixit, erat Pater ille Senatus
Hoc vita functo publica res tepuit;
Extincto ac viro flavit pia Bona, videte,
Quae titulos dederat, haec dedit et tumulũ.

(Star: str. 51 – Sołt: str. 78 – Wurzb. № 169) –

Virtuti et Honori.

Illustriss. DD. Gabrielis Comitis a Tarnow Gen. Cap. Crac. multor: Exercitus Poloni Imperator, plurium Patriae Senator Nepoti, Pronepoti, Abnepoti. Quemdum Religio Catholica propugnatorem acerrimum; Patria civem optimum, familiae Religiosae defensorem ac Mecaenatem munificentiss. Jura legesq̃ vindicem justissimum suum esse asserunt. Sub Leges vocavit mors suas.

Fida Conjunx Catharina de Wiszyce

primum in Ecclesia Velescen: Heroos deinde cineres Heroas inter magnos Regesq̃ olim Regum studiosissimi Mariti, monumentum p. Anniversarium Sacro Praelator: Collegio et Sacerdotem perpetuum fundavit.

Die 23 Augusti Anno 1632.

(Star. str. 18 – Stat. str. 73 – Wirzb. N° 160)

D. O. M.

R̃imo D. Paulo Dembski D. G. Ep̃o Laodicen~ Suffraga-
neo Cañco Vicario et Off~li G̃ali Crac~ antiquae
virtutis et fidei Viro, avitae Religionis cul-
tori ferventiss: in eaq~ promovenda laboris
patientiss: in munere Administratoris rite
obeundo, quo ille ter Sẽde vacante strenue
functus ẽst feliciss: in amicitia et hos-
pitalite colenda non minus constanti quã
sincero ob alias deniq~ eximias ejus virtu-
tes et praeclaras animi dotes omnibus cha-
riss: et unice amando, qui magno sui desi-
derio relicto obiit, annum agens LXXIX et
Menses VIII anno M. DCXIII die ultima Febr:
Executores hoc monumentum poni curaveruñt.

(Starow. str. 18. Sołtyk str. 75 - Wurzb. nr. 163).

D. O. M.

Et memoriae Illr̃is D. Catharinae de Wărzyce Zebrzydowska
vetustae stirpis Habdancorum, insigni virtutum
Matrŏnae.
Cuq primis nuptijs Illr̃i Dño Comitia Tarnow Generali Cracovieñ Capi-
taneo
ad secunda transiens matrimonii Vota.
Illr̃i Dño a Zebrzydowice Ensifero Regni, Terrae Civitatis Corcinensi
et Lanckoronensi Capitaneo juncta fuit.
In Religione Catholica pietatis avitae reliquit monumentum.
Ĕcclam Rădimicĕsem muro constructam tum et Altare hujus Sacelli bina funda-
tione census auctum, tumulum sibi vivens adornavit; illatis hunc in locũ
et Templo Solecensi prioris Mariti ossibus.
Vixit sine liberis, mortua aetate immatura magŏ suarum virtutum desi-
derio relicto.
Cracoviae M. DCILIII.
die Vigesima tertia Mensis Junij.
Fratres Maestissimi Sorori optimae
posuerunt.

(Star. str. 52 – Sotl. str. 77 – Wurzb. Nr 165) –

D. O. M.

Albertus Serebryski

Craco: Tarnov: Cano: Secr: Regius

Divini cultus propagator inexhaustus.

Post Sacellum istud intus forisq̃ marmore

vestitum, aurea Pixide, Tabernaculo et tabula

anteriore altaris ac candelabris ex soli-

do argento ornatum, dotatum, ditatum.

Inter indefessa pietatis opera animam Deo

exhalavit Remuneratori.

Die XXVIII. Decemb. Anno Chr. M. DCXLIX.

(Star. str. 53 – Solt. str. 74 – Würzb. nr. 161)

D. O. M.

R̃mo D. Paulo Dembski D. G. Ep̃o Laodicen̄ Suffraga-
neo Cañco Vicario et Off~li G̃ali Crac~ antiquae
virtutis et fidei Viro, avitae Religionis cul-
tori ferventiss: in cuj̃ promovenda laboris
patientiss: in munere Administratoris rite
obeundo, quo ille bis Sede vacante strenue
functus est feliciss: in amicitia et hos-
pitali~te colenda non minus constanti quã
sincero ob alias deniq̃ eximias ejus virtu-
tes et praeclaras animi dotes omnibus cha-
riss: et unice amando, qui magno sui desi-
derio relicto abiit, annum agens LXXIX et
Menses VIII anno M. DCXIII die ultima Febr:
Executores hoc monumentum poni curaverũt.

(Star. str. 18 - Solt. str. 75 - Wurzb. Nr. 163)

D. O. M.

R. D. Paulus Garlinski Crac: Vlad:
Can: S. R. M. Secret:
Naturae et fortunae ornamentis clarus.
Vir aetate et moribus antiquis gravis
In bono Ecclẽae tuendo tam fortis quã prudens
In judiciis Tribun: R: Judex aequus.
Cõmitate et humanitate omnibus charus
Cujus mortalitas non vita finita.
Ad quam pie excessit, ac Avunculo
hic appositus in Domino requiescit.
Obiit 26 Martii Anno 1634.

(Star. str. 18 - Solt. str. 76 - Wurzb. Nr. 164)

Reverendissimo in Chr̃o Patri Domino Andreae Zebrzidovio
de Vianczborg Dei Grã Episcopo Cracovien. Duorũ sapi-
entiss. Andreae Cricii Archiepiscopi Gnesnen. et Patri Tho
micij Epi̅ Crac. Nepoti, magni illius Erasmi Roterodami
Discipulo et Auditori, Viro prudenti, diserto, frugali,
sobrio ac temperato, de Chr. Eccl. et de universa
Repub. optime merito. Fratres et Executores Domino
suo liberalissimo moesti posuerunt. Moritur Września ex Pa-
tria Cracoviam rediens Anno Do-
mini M.DLX. vigesima tertia Mensis May aetatis suae annis
LXIIII exactis.

(Starow. str. 50 – Lett. str. 92 – Wurzb. Nr 179).

D. O. M.

Et

derelictae suorum memoriae

Nicolao Palatino et Gñali Cracoviensi

Duci Exercituum magno.

Calvariae et plurium Fundatori nunc.

tum et

Gaspari com̃ in Wiersburg Calissien̄ Palatino

Stanislao Decano et Petro hujus Basilicę Praelatis

Sophiae Vitoviae Castell~Brzeninen̄

Zebrzidoviis hic sepultis.

Atavis majoribusq̃ suis.

Josephus Canonicus hoc marmor pos.

Anno M. DCLXXV.

(Lott. str. 93 - Wurzb. Nr. 180) -

D. O. M.

Stanislao Skarzewski Scholasti: Crac: Canon: Soc:
Viro probitate, prudentia, rer: usu: mor: gravitate animi
candore, humanitate, hospitalitate, in paucis praeclaro: Hinc
illius amicitiam bonis omnib' obviam Principes Viri pleriq̃
ambitiose quaesita conjunctione coluerunt:

Hic
titulorum ultro confluentium pleriq̃ expolita fastigia
velut fastidiens ac generosa moderatione recusans alienae
virtutis promotioni vocabat.

Huic
sive aetas, sive fortuna vitae solatiiq̃ tantum indulsit
ut apprime dilectum ex Sorore Nepotem Amplisõ hujus
Dioecesis Antistitem prope decennio conspexerit
et cum Nepotis ex fratre sui filio in Sacrum Basilicae
hujus Ordinem cooptato Avus idem qui et Frater
quadriennio vixerit.

Obiit Cal. A. M.DCXXV aetat. LXXX. Nicola Dapifer
Sandom: Patrui B. M. mem: ingemiscens pos.

(Star. str. 49 – Salt. str. 97 – Wurzb. Nr 185)

Thome Reżnowsky Canonico Cracovie quinque Episcoporum Offili viro in omnes hominum conditiones justo. Anno M. DXL. et XXI

January mortuo, Execu-
tores ex pietate posuerunt.

Hoc ego qui quondam fueram de stirpe creatus
Rosnorum, condo membra reposita loco.
Cui non consilium deerat, non copia rerum,
Et nisi mens fallit; fama perennis erit.

(Star. str. 50 - Solt. str. 97 - Wurzb. № 184)

D. O. M.

Joannes de Kownaty Komocki
Cracovien: Vladislavien: Plocen:
Canonicus.
Qui multis Ecclesiae et Regni
obsequiis infatigabilis.
Quantum modestia
sinceritate, liberalitate enituit
vitae tempora testantur:
Vixit Annis 67
pie mortuus Anno 1702

(Sobt. str. 99 - Wurzb. № 186) -

D. O. M.

Sebastiano de Kownaty Kōmecki Crac. Vladi. Can.
Praeposito Sandomiriensi S. R. M. Secretario
Qui vetusto Natalium splendori de Armis Slepowron
parem animi indolem nactus.
Domi et apud Exteros probis Artibus excultus,
ob eximiā animi Virtutē, prudentiā dexteritatē
priscīq̄ moris et candoris singularem gratiam
magnis in Repub̄ca viris dilectus.
Et ad Tribunalitia Rḡni Judicia saepius Deputatus,
postquā in Canonicatu Vladislavien. 44
in Cracoviensi vero 26 annos praeclaro exegisset,
insigni peculio in varias Ecclēas ultimae voluntatis Tabulis pie erogato
Ad aeternę retributionis abiit Coronam.
Obiit Anno Dñi M.DCLXXX. Die VII Augusti aetatis suae Anno LXVIII.

(Solt. str. 99 - Wurzb. Nr. 187)

D. O. M.

Andreas a Lipe Lipski
per
Virtutem, merita, doctrinam,
ex minoribus Sacerdotiis ad Episcopatum Luceoren̄
ex Procancellariatu Regni ad Supremum Cancellariatū
ex his
ad Cathedram Vladislaviensem
inde
ad Cracoviensem
ab hac demum et a mortalibus
immortali sui dimidio ad Caelum,
Mortali immortalitatem praestolaturus ad tumulū
translatus
hic quiescit
superstite fama
per ea
quae superstes ipse
pro Ecclesia, Principe, Republica
dixit, fecit, scripsit,
Obiit Varsavie die IV Septembris
Anno Dñi M.DCXXXI
aetatis suae LIX.

(Star. str. 49 - Solt. str. 100 - Wurzb. Nr. 189)

Ioannes Alexander

S. R. E. Cardinalis Lipski Eps. Crac. D. S.
Secundus e Domo sua hoc tumulo clauditur:
Meritis de Patria et Ecclesia facile primus.
Praedecessorem suum Andream
aequavit. Infulis Episcopus
dictis, Regni Pro. et successive Cancellarius,
Purpura superavit, S. R. E. Cardinalis
factis. Augusti III et Mariae Josephae
Regum Polon. coronator.
Obiit Kielciis 20 Feb. A: M.DCCXLVI aetatis suae LVI.
In Capella hac
quam aere suo reformari fecit
et dote auxit,
Diem ultimum expectat.
Qui legis haec
moriturus ipse,
mortuo praecare
requiem.

(Solt. str. 101 – Wurzb. Nr. 190).

Samueli Maciejowski Crac̄ Epis̄ Reḡ Pol·
Cancellario. Viro omnium saeculor memoria dignissᷓ
Qui praeter excellentem in omni genere virtutum
praestantiam, ac multas praeclaras animi ingeniiq̄
dotes. Hac infelicitate tempor̄ non modo veterem
Dei Opt. Max̄ Religionem ac dignitate Ordinis Ecclesi-
astici, verū etiam totius Reip̄ trāquillitatem, consilio
prudentia et integritate sua sustinuit: Curatores
Testamenti Fāltrano B. M. po.. M. DLII.
vixit An. LII moritur
An. M. DL die XXV Octob.

(Star. str. 49 - Sakt. str. 111 - Wurzb. Nr. 201).

Heus Viator!

Mirare ante Annos Senectutem
Petrus Skidzinski Canonicus Crac̃
Archidiaconus Zawichost̃ pietate, pru
dentia, vitae integritate, canitiem
rugasq̃ superavit: Hinc Ecclẽ utilis.
Collegis amabil̃ amicis desiderab., õibus
Deniq̃ charus, transivit ād mortem Anno
Salutis 1616 Sept. 2. aetatis suae 37.

Tu viator meditare,
an commodius sit mortem transire
ād nos vel nos ād eam.

(Star. str. 48 – Sołt. str. 112 – Wurzb. Nr. 202)

IHS + Maria

Joan. Frydrychowski Crac. Sando.
Cano. S. R. M. Secretarius.
Nobilitatem generis pia Virtute auctam
dum ubiq. probat,
Regi summisq; Viris gratus
et quia
humanitate elegānti omnes devincebat,
ab omnibus pro delitys habitus est;
soli morti, cujus vi immature abreptus,
charus ne an invisus
dicat qui sapit.
Huic sat est; quod placeat Superis.
Tu Lector
Vivo si longiorem optabas vitam?
Mortuo aeternā apprecare Requiem
Qui Annis 56 exactis
18 Decemb.
Anno Jubilaei 1625 eheu
moritur.



(Star: str. 48 - Sołt. str. 113 - Wurzb. Nr. 203)

D. O. M.

Jacobus ex antiquo Accipitrum
Stemmate Sarnowski Ecclesia=
rum Cathedralis Cracovien. et Col=
legiatae Sandomirien. Primicerius,
magni illius Jacobi Zadzik Episcopi
Cracovien. ex Sorore Nepos, cum
Annos aetatis suae LXVII nemini injurius piè
vixisset; peculio in Templorum orna=
menta et pauperum usus ultimis tabulis
ordinato, Anno M.DCLXXXII. VII Idus
Decembris decessit et in hac Basi=
lica in sacello Avunculi sui
deponi voluit.

(Solt. str. 29 – Wurzb. Nr. 58.)

R. D. Valentino Kuczborski Archi:
Pomeraniae, Prae: Varmien: Cano
nico, Regio Secretario, Cardina:
lis Osii alumno, viro pietate singu:
lari, ingenio, sciẽtia, dicẽdi, scri:
bendiq; clarissĩo, integritate vitae
sacrisq; tractandis religiosissĩo
Fratres Coll: Ca.cr. f.f. Obiit A: Dñi
1573 die 3 Octob. aetatis suae 47.

(Star: str: 35 – Soltt: str. 21 – Würzb. nr 46)

R̃dus Andreas Graiowski J. V. Doctor
Archidiaconus Crac: et Can̄cus Posnanien̄
Serenissimi olim Regis Poloniae Sigismū-
di Augusti Secretarius vir pietate prae-
clarus, moribus gravis et constans
lingua disertus, ingenio acutus, doc-
trina solidus, consilio solers, judi-
cio maturus, disciplinae Eccl̃ae te-
nax, in perferen̄dis eccl̃is et Politi-
cis laboribus, cum om̄i honorum lau
de et admiratione, indefatigabilis mor-
bo tan̄dē gravi et diuturno exhau
stus die 18. Aprilis Anno 1573.
Corpus mortale reliquit, et per
Executores Testam̄ti hic sepe-
liendum curavit.

(Star. str. 47. – Wyrzb. karta 107)

R. D. Stanislao Dambrowski I. D.
Archidiacono Gnesnen. Cracovien.
Vladislavien. Canonico,
Viro pietate doctrina, morum
gravitate insigni aliquot Archie-
porū Gnesnen: Cancellaro; erga
inopes et studiosos Patrono
perq̄ liberali et propēso, amici
pos: M.DLXXV. II Janua. aetat. sue LXXIII.

(Star. str. 35 - Salt. str. 21 - Wurzb. Nr 47.)

Casimirus a Lubna Lubienski
Episcopus Cracoviensis Dux Severiae.
Clementis XI vivae vocis Oraculo Vir Ecclesiae,
Processus Canonizationis B. Joanis Cantii
Comissarius Aplicus Promotor liberalissimus.
Hanc Basilicam, turri et muris novis ampliavit,
Aras ejus et Chelmēsis Cathedrae olim sponsae suae
apparatu pretioso adornavit.
In peste, fame, bello, Patriam Consilio, egenos auxilio,
Clerum Synodo, Dioecesim exemplo illustravit.
Monteȳ Pietatis, pauperū Nosocomia, Nobiliū Cōtubernia,
Religionum Caenobia, Clericorum Seminaria
aluit, dotavit, auxit.
Obiit A. D. 1719 die XI Maii Episcopatus 9 aetatis 67.

(Sollistr. 44 – Wurzb. Nr. 78) –

Joannes de Malachowice Malachowski Episcopus
Cracoviensis Dux Severiae.

Sub hoc tumulo, quod vivus sibi erexit, vitae mortisq discrimen conjunxit.
Joannis Casimiri, Michaelis, Joannis III
Trium Poloniae Regum Referendarius, Pro-Cancellarius et Senator.
In gradu hoc Honorum inaequali,
aequalem in Reges fidem, in Patriam amorem, in Religionem zelum conservavit.
Apostolici PP. Missionariorum Collegii ad Cracoviam,
et Sanctimonialium a Visitatione, ex asse Fundator:
Aliam vero sanctae liberalitatis profusionem, ab hominum abscondit oculis:
ut Deo palam faceret.
Hac arcana pietatis suae claritudine meruit;
ut Alexandri VIII. Pontificis maximi Legatus a latere magnus,
pro Comitiis generalibus vox clamantis contra Turcam designaretur.
Reliquos dierum ejus grati non tacebunt Annales.
Tu quisquis es tantis Virtutibus, propitius,
si vivit; longius aevum, si mortuus est, requiem aeternam precare.
Monumentum hoc dubiae adhuc mortalitati sepulto.
Anno Salutis M. DCXCIII Mese Decembri die XXVII.
aetatis vero suae LXIX Anno finito p. p.

(Zob. str. 114) –

Petrus Gembicki Episcopus Cracoviensis Dux Severiae
Veteri et Ill^ri Natencior^ Gente
